



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An ratione assecurationis mutui liceat aliquid exigere, & an tradens
pecuniam socio ad negotiandum possit pacisci vt saluo capitali aliquid lucri
sibi reddatur. Cap. LXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

& in nomine Petri, emeret predicta caseorum pondera, & sic dum iusto pretio ea emerit pro duodecim argenteis quia non propter anticipatam solutionem minoris ea emit, nisi excedens sit sui laboris merces, pro cogenda tanta copia caseorum isti duo dicti argentei super erogati sibi à Petro pro singulis ponderibus, iuste potest accipere illos, accipiendo pro singulis. 14. Si autem in hoc casu Ioannes propter anticipatam solutionem singula pondera caseorum à pastoribus minoris iuste emit pastoribus referre habet, quia minoris emit, & non Petrus quando id non debuit suspicari de Ioanne, nec id ei suavit, salariūq; duorum argenteorum pro singulis ponderibus, si iustum sit arbitrio bonorum virorum & in hoc casu iuste reportare poterit Ioannes, quia pro suo labore sibi debetur, Si autem Ioannes non in nomine Petri neque ut solicitator Petri, sed nomine proprio emit predicta pondera caseorum singula pro 12. argenteis, statimq; pro 14. vendit ea Petro vel alteri nullo adhibito labore custodiendi, cum etiam non suppetat vlla mutatio temporis, vel loci, neque formæ mercis vel aliter non esset iusta venditio, cum lucro statim part. 20. argenteorum pro singulis, ita Sylvestri, & secundum Doctores qui in hoc casu loquuntur, quando Ioannes non ut solicitator vel administrator Petri negotiatur, quod Corduba notatu necessarium censet pro alijs pluribus similibus casibus.

c Sylvest. verbo, Emptio. q. 10.

¶ An ratione assecurationis mutuo liceat aliquid exigere, & an tradens pecuniam socio ad negotiandum possit pacisci ut salvo capitali aliquid lucri sibi reddatur.

C A P. LXXII.

¶ Quoniam omnes modos, quos negotiatores committunt possunt, quibus sibi in mutuacionibus, vel venditionibus ad creditum aliquid lucri expiscari posse autumat indagare nobis est cordi: ideo & de hac quaestione hic meminisse oportet vtrum ratione assecurationis mutui, vel pretij sperati liceat aliquid mutuatoribus vel venditoribus ad creditum exigere: & tandem quo magis innotescat id de quo quaeritur sic in particulari proponitur

tur casus utrum sit vsurarius contractus qui fertur frequenter contingere Hispani ubi si aliquis mutuat pecuniam volenti eam transferre per loca periculosa paciscitur cum mutuatario, ut affecuret secum illam mutuatam pecuniam, pro taliq; affecuratione aliquid ultra sortem reddat, & ratio dubitandi est, quia ista affecuratio est appreciabilis pretio, quare ergo pro ea in hoc casu aliquid ultra sortem accipere non licebit? Igitur per has duas sequentes conclusiones facimus satis quaestioni.

¶ Prima igitur conclusio sit, si quis hac conventionione pecuniam mutuat volenti eam transferre per loca periculosa, ut secum illius pecuniae contractum affecurationis contrahat & pro tali a se praestita affecuratione aliquid

a Huius ultra sortem exigit vsurae labe non caret. Hae conclusio *sententia* est Soti, Caiet. Metinæ, Sylvest. ^a

Doctōrib. ¶ Nauarrus licet fateatur in commento de vsuris hunc sensum Soti, Caieta, Sylue. modernorum esse sensum, in quo *conuenit.* hunc textum interpretantur, & hunc sensum licet concedat *de vsur.* in dat esse verum, tamen cum refutat: quatenus illius capitulum *de vsur.* sensus esse germanus asseritur. Concedit insuper hanc *tra sortem* nostram conclusionem esse veram, & patet, quia ista *aliquid e-* cuniam mutuator ratione mutui, mutuatarium altrahit *exigit a na-* ineundum secum affecurationis contractum, quae *uigantibus* la est obligatio, ex qua lucrum ultra sortem *pro affecu-* reportare, ergo non vacat iste contractus vsurae.

ratione pe- ¶ Secunda conclusio, vsurarius est etiam qui recipit *cuniarum.* aliquid plusquam mutuauit, etiam si recipiat in se rei mutuatæ periculum. Hae conclusio est Nauarri in commentario resolutorio de cābijs num. 1. ubi sic ait quod in hoc sane sensu, & sub isto tenore Panormitanus summat istud caput finale de vsuris. Et hic est proprius antiquus & verus (inquit Nauarrus) illius capituli nauiganti sensus, esse que sensus conformis glossæ illius capituli dicentis, quod per susceptionem periculi rei mutuatæ, vsura non tollitur. Sed satis perspicte hic nos admonitos esse vult Nauarrus, quod Gregorius nonus huius textus coditor consideratè satis, non ait, quod iste contractus sit vsurarius, sed tantum dicit quod censendus est vsurarius, id est talis praesumendus est in foro exteriori, & ut vsurarius puniendus est sic contrahens, licet aliquando forte in con-

scientia vsurarius nō sit, vt verbi gratia in casu quo postquam absolutē, & sine conditione, absque sinistra intentione mutauit pecuniam mutuator nō vtroneus, sed ad iustitiam, & petitionem mutuatarij subierit periculū pecuniæ sic mutuatæ: tunc ratione affecurationis istius periculi extimabilis pretio poterit licitē citra vsuram accipere aliquid vltra sortem. Secus autem est si ipse mutuator ratione mutui mutuatarium nolentem affecurare pecuniam, neque ad id paratum velit obligare ad secum affecurandum, vt inde aliquid vltra sortem velit recuperare, vt probauimus in prima conclusione.

¶ Accedit & de affecuratione alia quæstio satis impleta, vt cum aliquis tribuens alteri socio mille aureos vt cū eis negotietur possit conuenire cum illo, vt saluo capitali aliquid sibi lucri contribuat, & quidem Nauarrus, & Major aiunt id seclusa fraude, illicitum non esse, fuitque cōmunis opinio vt fertur inter Parisienses olim celebrata. Est tamen opinio hæc affirmatiua contra Victoriam & Sorum, & contra plerosque alios.

¶ Igitur pro parte negatiua probatur quod non liceat, quia in hoc contractu ratione mutui virtualis illam pecuniam offerēs ad negotiationem expetit aliquid saluo capitali extra sortem capitalis, ergo est vsura.

¶ Et confirmatur argumento Victoriz, quia ibi mercator recipiens illam pecuniam ad negociandum potest nō negociari cum illa, sed illam prodigere, & aliis vsibus mancipare, dum soluat capitale. Ergo argumentum est quod illam acceperit mutuo ad vsus voluntarios dum reddat capitale, & aliquid amplius, quia si recepisset illam nō ratione mutui, sed negotiationis non posset eam expendere in alios vsus, sed teneretur cum ea negociari: ergo si ratione mutui conuincitur illam pecuniam accepisse: sequitur quod sit vsura velle saluo capitali illius, ex ea lucrum reportare.

¶ Propter hæc argumenta Victoria ait quod iste contractus, vbi socius cōtribuit aliquid pro affecuratione pecuniæ quam tradit socio ad negociandū, vt secunda & salua sibi reddita, aliquid vltra reddatur est periculosus, & dans occasionem vsuris, & parum differt iste contractus à mutuatione cum lucro, & solum videtur differētia me-

II. Pars. F. L. Lopez instr. Consc.

F

taphy

Q. 1.

taphysica & non realis, neque moralis, dicere quod talis non dat pecuniam mutuò, sed ad negotiandum potest quam nullam patitur iniuriam, nec sua censet referri dans: si socius eam diuertat à negotiatione, vel nò, cum soluat aliquid lucri saluo capitali.

¶ Sed contrarium est quod in isto contractu implicite continentur tres contractus liciti, ergo sic contractus est licitus, utpote constans ex tribus contractibus licitis illatio videtur nota, quia licitum esse videtur, quod ex licitis constat, & antecedens probatur, quia (verbi gratia) si contraham cum Petro dicens, en tibi trado mille ad negotiandum & lucrum pro negotiando, veruntamen en tibi dabo quinquaginta pro assecuratione horum millium, assecurato illos mihi, rursus quia ex mille his assecuratus te spero me obtenturum centum pro lucro, deductis expensis, & deducendis, en tibi pro assecuratione facta illorum millium, ex his centum lucrificandis rependo 50. Dabis ergo mihi postea saluo capitali, quia assecurasti illud pro 50. reliqua 50. pro lucro. Omnes isti contractus sunt liciti, quia primus est contractus societatis ad negotiandum. Secundus contractus est assecurationis capitalis pro pretio iusto, id est pro 50. qui contractus est etiam licitus. Tertius est venditio lucri pro 100. ex quibus pro assecuratione persoluo 50. qui est etiam licitus, ergo omnes isti contractus sunt liciti, quod autem implicite isti tres contractus contineantur in contractu quaestionis patet, quia perinde est omnes hos fecisse contractus, sicut dixisse accipere mille ad negotiandum, ex quibus dabis mihi quinquaginta saluo capitali, quia idem effectus resultat, scilicet acceptio 50. pro mille traditis ad negotiandum saluo capitali.

¶ Igitur pro resolutione quaestionis sit prima conclusio si omnes tres praedicti contractus fiant cum distinctis personis contrahentibus nulla committitur usura. Haec conclusio est Caieta. ^b est omnium & patet, quia omnes illi tres contractus societatis, & assecurationis capitalis pro pretio, & venditionis lucri per se sumpti sunt liciti, ergo iuri cum distinctis personis erunt liciti, quia facti cum distinctis personis non se destruant inuicem, aut interrumpt.

^b Caiet. in
epist. 19.
Responsio-
num, resp.
11.

¶ Sequa

¶ Secunda conclusio, omnes isti tres contractus si bona fide fiant cum eodem, distinctis temporibus, non est ista, hæc est Caieta vt verbi gratia. Si Petrus contulerit mille 100. ad negotiandum, deinde Petrus quærens assecuratore offerat se Ioannes dicēs, si tradideris mihi aliquid pro assecuratione ego horum millium periculū subibo saluos tutōsque tibi reddam, tum si etiā Petrus quærens emprorem verisimilis lucri ex mille sic assecuratis negotiationique expositis, idem Socius Ioannes, qui mille hæc receperat dicat ego tibi pro verisimili sperato luetro tantum tradam, & probatur hæc conclusio quæ est Caiet. * est Nauarri, * est Metina * qui videtur approbare istū contractum etiā si fiat cum eodem socio, & in eodem tempore, & simul contra Caieta. quem ibi citat qui simul in eodem tempore sic tres hos contractus iniri posse non concecit.

c Caietan.
lib. 17. Res
spons. resp.
11.

d Nauar.
Sum. Lat.
cap. 17.

num. 256.

e Metin.

instr. con-

ses. 27 de

contractib.

societ. fol.

148.

¶ Probatur hæc conclusio primò ratione Metinæ, quia id lucri saluo capitali, quod in hoc casu percipitur, non percipitur ratione tantum contractus societatis, sed aliorum duorum contractuum ibi interuenientium causa, scilicet ratione assecurationis capitalis, & venditionis verisimilis futuri lucri.

¶ Et secundò patet quia non debet esse peioris conditionis, socius recipiens illa mille ad negotiandum, vt non possit, si velit hos iniri contractus cum sibi tradente illa mille, quā alij distincti, cum quibus istos contractus assecurationis, venditionis lucri licet inire. Ergo si poterant isti contractus iniri cum tertio, ergo cum eodem.

¶ At Peña in scriptis quæ nomine eius circunferuntur hanc conclusionem Caiet. speculatiuè dicit esse veram & post factum tolerandam, sed oppositam Soti moraliter, & practicè esse sequendam, & præcipuè ante factū consulendum esse ne fiat, quia illi tres contractus cum eodem socio iniri videntur se inuicem interimere, & manere lucrum cum vsura, seu mutuum, cum lucro, palliarique vsuram.

Qd. 2.

¶ Sed quid si illi tres contractus fiant cum eodem socio, & semel pro eodē tempore. Respondetur, quod quæstio hæc maiori coniuncta est cum scrupulo, cuius affirmatiuam, nec ipse Caietanus ausus est cōcedere tamē Nauar-

f Maior. rus^f eū suo Maiore in quarto distinctione decima quin-
 in 4. dist. ta, quæstione quadragesima nona concedit hos tres con-
 15. q. 49. tractus posse fieri cum eodem socio, & in eodem tempo-
 re, & addit ex mente Maioris, & sua non solum illos tres
 contractus cum eodem socio posse iniri formaliter, & ex-
 plicitè eos, scilicet expresse per verba contrahendo, sed
 etiam æquiualeuter, & implicitè, vt si quis negotiator pu-
 blicè protestaretur se paratum ad accipiendum pecuniã,
 à quocunque volente illã conferre in societatem eū pa-
 cto de assècuratione fortis ad rationem. 4. pro 100. & lu-
 eri certi, scilicet 4. pro 12. incerti lucri, ita quòd ex lucro
 incerto verisimili, scilicet 12. venturo ex centum expo-
 sitis, accipiat verbi gratia pro assècuratione fortis 4. & qua-
 tuor pro certificando lucro, & consequenter non tenetur
 reddere nisi 4. & postea alius sciens hanc protestationem
 confert ei centum dicens ego confero tibi centum
 in societatem negotiationis cum securitate fortis, & red-
 emptione lucri incerti iuxta protestationem tuã, probat
 hoc Nauarrus ex capit. per vestras de donatione inter virum
 & vxor. sic nouã inducto, vbi Papa iubet vt viro verge-
 te ad inopiam, dos deponatur apud aliquẽ mercatorem
 quo ex parte lucri honesti onera matrimonij sustentet, &
 ita intentio Papæ fuit vt dos salua seruaretur: siquidem
 ob hoc iubebar à marito auferri: & ita videtur Papa no-
 luisse, vt ad lucrum & periculum mercatori traderetur,
 quia hoc erat eam periculo obicere. Voluit item inde cer-
 tum aliquòd lucrum prouenire ad matrimonij onera sus-
 tinenda. At verò hæc duo fieri non possunt sine assèc-
 ratione, & lucri incerti pro certo redemptione.

¶ Probat etiam secundo hoc Nauarrus ex eo quòd sibi
 relatum est in multis locis Galliæ, & in aliquibus Italiæ
 partibus, & montibus idem seruari, quòd ecclesiæ, viduarum
 & pupilli more antiquo conferebant suas pecunias mer-
 catoribus, quo quatuor secunda pro centum in suã susten-
 rationem lucrarentur, quæ cõsuetudo defendi nullo mo-
 do potest per intellectum Ioannis Andreæ, & aliorum i-
 dicentium, scilicet quòd in fauorem ecclesiarum, & pu-
 pillorum, & viduarum cum illo lucro mutuari poterat,
 quia esset vsura: quæ etiã neque ad redimendos captiuos
 admitti potest, nec alio modo defendi potest quã dice-
 do quòd

g cap. per
 vestras de
 dona. inter
 vir. & v-
 xor.

h cap. su-
 per eod. de
 vsuris.

do quod exordium cœpit ab hoc societatis modo quod
sic cum securitate, & redemptione lucri prædictis & con-
tinuata fuit vsque ad illud tempus, cuius coniectura est
quod vix ternâ partem lucri verisimilis, quod sibi pro sua
parte regulariter obuenire posset accipiebant: nam secun-
dum Navarrum verisimile lucrum ex centum erat ad mi-
nus duodecim vel quindecim, & non recipiebât nisi qua-
tuor pro centum, quod significat illos reliquas duas par-
tes pro securitate huiusmodi, & redemptione dubij lucri
pro certo relinquere. Intelligit autem Navarrus, vt ipse
ait hoc non fore condemnandum, si cesset omnis fraus, &
simulatio vt coram Deo formaliter, vel æquiualeuter illi
tres contractus veri fiant, & optat vt episcopi, & saltem
Pontifex Maximus prædictam consuetudinē esse iustam
declarat eo quod præsumendū sit quod in terris in qui-
bus à tempore immemoriali inoleuit, habuit huiusmodi
originem licitam, & ita bona conscientia seruari posse vi-
deretur, monitis præsertim pecuniam deponentibus & de-
positariis, vt tres prædictos contractus faciant, vel ha-
beant pro factis, pro quo etiam facit quod consuetudo
immemoralis facit præsumi titulum requisitum ad eius
valorem.

¶ At iam ne defatigatum detinuerim lectorem senten-
tias aliorum recensendo tantum, meam quoque (quam
sibi sum perexigui ingenij) statuere oportet. Si quo modo
fore possim, quod opto, scilicet magis accedēdo ad me-
dium veritatis, inter hos doctores per aliqualem concor-
diâ mediare. Igitur deprehensis principiis, quibus ij do-
ctores suas fuleiunt opiniones videor mihi per hæc à me
asserta posse aliqualem resolutionem mediam insinuare.

¶ Dico ergo primò quòd qui ex societate, suam pecu-
niam non exponendo periculo lucrum contendit sibi pa-
rare contractum illicitum contrahit, ita Sotus de iustitia
& iure quia talis non est societas, sed vere mutuū quādo-
quidem translatio periculi pecuniæ in socium, præsertim
sine pretio assecurationis mutuū arguit quia per pericu-
li susceptionem videtur socius eâ recipiens eius fieri do-
minus quare sibi debet fructificare, quia qui subit incom-
modum periculi, debet & subire lucri commodum.

¶ Secundò dico licet securior sit contractus (seu vt

*i cap. super
quibus. de
verb. sign.
& l. hoc in
re. §. du-
tus aque.
ff. de aqua
quor. & e-
stimal.*



rectius dicam minus periculosus) quando prædicti contractus diuersis temporibus, & successiue fiunt cum eodem socio, quam cum fiunt cum eodem simul, & semel, & minus periculosus adhuc sit quando cum eodem fiunt formaliter, & expresse eodem tempore quam quando fiunt implicite, & æquiualeuter, & in his modis contrahenti magis vel minus sit aliquid scrupuli & periculi, tamen si talis contractus etiam cum eodem simul, & semel fiat formaliter, & expresse continens illos tres contractus qui sunt expositio ad negotiationem pecuniæ, secundò, eius assècurationis contractus pro pretio iusto, & tertio venditio lucri verisimilis pro certo non est damnandus, si vtra hoc fiat cum his conditionibus.

¶ Prima, quod per expositionem pecuniæ quam exponit negotiationi velit obligare socium illam recipientem ad cum illa negotiandum, quia alias non ex negotiatione, sed ex mutuo suæ pecuniæ censeretur velle lucrum, quia tunc non esset contractus societatis ad negotiandum, sed contractus mutui, & hæc potissima est, & maxime obseruanda conditio.

¶ Secunda conditio est, quod non multum sed periculum lucrum velit reportare, vt quatuor pro centu quod videtur fuisse receptum vt ait Nauarrus vsu antiquo.

¶ Tertia conditio est, vt tales contractus assècurationis, & redemptionis lucri fiant ad instantiã socij recipientis pecuniam, taliterque voluntarius socius hos contractus contrahat, vt vtroneus accedat, & non ratione pecuniæ sibi datæ ad negotiandum, quia alias si sic sibi non daretur, videretur ad istum secundum & tertium contractum accedere quasi coactus: quia tunc quasi ratione virtuali mutui videretur illas obligationes subire coactus. Ita igitur conclusio Nauarti, sic per me limitata puto quod securior & tolerabilior fieri possit, cui accedit Meuca cum Caerano.

¶ Porro cum his conditionibus ei (vt credo) subscriberet quoque Sotus, nam iam per primam conditionem eius effringitur potissima obiectio, & ratio quæ notabatur in contrarium, quia iam cum obligatione negotiandi, & nõ alias illa pecunia recipitur à socio, ideo non licet arguere quod est mutuũ, quia de ratione mutui est.

(quia ex meo fit tuum quod tibi mutuo) quod tanquam de re per mutuum facta tua possis pro libito non negotiari, sed eam ludere vel in alios vsus distrahere.

¶ Neque licet argue re quod ratione cōtractus societatis saluo capitali (quod non licet) velit expetere lucrū, quia bene ait Metina non ratione contractus societatis tantum expetit illud modicum lucrum, sed ratione contractus asscurationis pro quo soluit, & ratione venditionis lucri verisimilis pro minori certo.

¶ Neque licet iam arguere, vt arguebat Sotus & Victoria in contra quod ratione suscepti periculi à socio, socius sit dominus absolutis illius pecuniæ, ac per consequens quod nō contractus societatis est, sed mutui, quia bene & iudicē ad hoc respondet Nauarrus, quod suscipio periculi pecuniæ positæ in negotiatione non transfert dominium absolutum, quasi per mutuum in socium eam recipientem & pro pretio asscurantem eam, quia potest tradens illam, illum compellere vt negotietur cū ea, & cum hoc onere trāsferre potest quod quidem onus nullquam imponitur in mutuo.

¶ Sed quia conditiones hæ parum curantur, res est intolerabilis & plena periculi talis contractus.

¶ Porro talis est etiam contractus Italiae vt fertur vsitatus vbi pro certa quantitate pecuniæ quæ salua postea redēda est, quam quis tradit hospiti suo, ab eo recipit sustentationis alimenta salua sibi sua sorte. Illicitus est contractus quandoquidem prædictæ cōditiones nō obseruantur, neq; attenduntur, & insuper pecunia sic tributa est per exigua summa, & alimonia, quæ inde ea salua, sumitur, reputatur vt magnū lucrū. Et per has conditiones hic commemoratas argumentorum quæ Victoria & Sotus aduersus excogitarunt quæ in principio fuere posita; manet vis eneruata ita vt alia solutione non egeant.

¶ *Ammutuans mutuatarium licitè possit obligare ad secundum mutuum asscurandum, & de contractibus asscurationis nauis, & vita hominum.*

C A P. LXXIII.

¶ Complenda quia nobis est materia hæc de asscuratione, quæ semel disputati cepta est, dissolquenda nō